

C A R M E N 21.

DE PIO, PACIFICO, MAGNANIMO

LEOPOLDO III.

*ROMANORUM IMPERATORE,
HUNGARIAE BOHEMIAEQUE REGE,
ARCHI-DUCE AUSTRIÆ,
&c. &c. &c.*

Publica vox Populi carmina vera probat.



1791

~~~~~  
*V A R S A V I A E.*

Typis MICHAELIS GRÖLL, Bibliopolæ S. R. M.

САМЯ  
ОМЪЛДАСАДОГІСІС, 217-Д  
ЛІ ОДЛОЖЕНІ  
КОМІСІЯ ВІДНОВЛЮВАТЬ  
ІМЕНА СІЛІВРІВСЬКІХ РЕГІ.  
ARCHDUKE AUSTRIA  
90 90 90



XVIII, 2, 1107

<http://rcin.org.pl>

146

SERENISSIMO PRINCIPI  
LEOPOLDO  
ARCHI-DUCI AUSTRIÆ,  
PALATINO REGNI HUNGARIÆ,  
*DOMINO SUO CLEMENTISSIMO.*

NEPOMUCENUS SCHLEMIMER  
DE EHREN-RANG,  
GENTE BOHEMUS,  
ARTE MEDICUS,

DIGNATIONE SACRÆ REGIÆ POLONIARUM MAIESTATIS  
C O N S I L I A R I U S,

O M N I M O D A M F E L I C I T A T E M  
E T F I D I S S I M A O B S E Q U I A

V O V E T.

147  
SERENISSIMO PRINCIPI

D E X P Q E L

SERENISSIME PRINCEPS

DOMINE CLEMENTISSIME!

**P**IETAS erga Optimum PRINCIPREM huc Carmina inspiravit subdito. Pietas erga Optimum PATREM reddet illa FILIO grata, tanto magis, quanto hic FILIUS similior est PATRI.

Supremae Virtuti supremus deberetur Poeta: is ego non sum: sed qualiscunque sum, totum me, ut debo, AUGUSTISSIMO NOMENI VESTRO do, dabo, dedico; felix, si non doni exilitatem, sed donantis mentem respicere dignamini.

Vale flaque, o Vera PATRIS Imago; O me clementem AUGUSTISSIMÆ DOMUS TUE innata clementia semper sovere velis.


Varsavia Anno Gratiae 1791.

METATILIA MAGOMIMO

AIUERBAMOBBGUA

R 3 V 9 N

CARMEN.



# C A R M E N.

**C**LARUIT æternô **LEOPOLDUS** Primus honore,  
 Et nunc æquali laude secundus adest.  
**N**omen & omen habet **LEOPOLDUS** Cæsaris almi,  
 Cujus Virtutem Mundus & Altra Sacrant.  
**F**elix illa dies, totumque canenda per Orbem,  
 Hunc quæ Germanum fecit adire thronum.  
**E**uropæ exurgit Decus, & venerabile lumen;  
 Acclamant populi: Te Veniente, Salus!  
**C**ujus amor, cuius pietas & amabile pectus  
 Æternis dignum laudibûs esse patet.

Semper



Semper Victuræ proles generosa TERESÆ

A tanta, quidquid nobile, Matre trahit.

Non illum prudens Sapientia deserit unquam,

Non probitas firma cum gravitate regens:

Nam cum consilio disponit cuncta sagaci:

Mollit quod durum est; aspera plana facit.

Justitiae cultum venerandis legibus auget;

Juraque Subjectis omnibus æqua parat.

Sincerô ut cunctos sibi jungat amore, nocere

Vult nulli, & cunctis utilis esse cupit.

Vix fulget solio, cessant mox fulmina bellî,

Pax resonat Patriæ, bellica tuba silet.

Pacis in Imperio quantum flagrabat amore,

Ingeniô tantum profuit ipse suô.

O! quantò placidos tranquilius exigit annos,

Dum neque bella fovet, necque aliena cupit!

Pacis amans, pacis pandit per Regna Salutem;

Regnorum felix ut Pater esse queat.

O Decus! ô pietas nullô delebilis ævô!

Hanc tu perpetuò, Belgica Terra, canas.

Te fraus insidians, cæcus Te ceperat error,

Ut velles Domini scindere jura tui.

Te Clemens revocat Rex, Te nolendo perire;

Erranti populo Brachia tendit amans.



**T**u redis, & gratiam (plūs quam sperare liceret)  
Invenis & veniam; pax redit atque salus.  
**H**ic amor, hoc studium venerabile juris & æqui  
Gentes lætificat, Regna beata facit.  
**V**ox Regis sonuit, vox aurō & marmore digna:  
THESAURUS MEUS EST, CORDA MEI POPULI.  
**H**oc nīl thesaurō melius, nīl majus in orbe,  
Quem vis nulla rapit, fraus violare nequit.  
**F**alleter nunquam Regis spes optima, quando  
In subiectorum pectore quærit opes.  
**J**ustitiā & pietate thronus fulcitur, ut illum  
Nec dolus attingat, nec violenta manus.  
**O**sores pudeat, populus dum fidus adorat,  
Cumque videt tribui ritè cuique suum.  
**H**i qui Consiliis adsunt, sacra jura tuentur,  
Munera despiciunt, perfidiamque fugant.  
**J**udicibus curæ est, nè civi injuria fiat;  
Jure sed exultet dives inopsque pari.  
**E**xemplum Regis nonnē horum est causa bonorum?  
Omnia de tali prospera fonte fluunt.  
**S**i me Parnassi virtus vel tota juvaret,  
Quam doctis perhibent vatibus esse Sacram;  
**T**mo si Phæbus dictaret Carmina, quondam  
Qualia Virgilio Threjicioque Seni,

Non

157

Non tamen Eximias tot in uno Princepe dotes  
Eloquerer, dignum dando cuique melos.  
Tanta nitet morum gravitas, moderatio lenis,  
Tamque Cor humanum, tam sine felle bonum,  
Ut dubites, utrum Princeps genitorve vocandus;  
Et potius Patriæ Rexque Paterque suæ,  
Dogmata Divinæ Legis quam servidè servat!  
Integer ut vigeat Religionis Honor.  
Qui sic incepit felix Calò auspice Regnum,  
Haud unquam Patriæ desinet esse Pater.  
Aurea nunc numerent THEOPOLIDI sacula gentes,  
Et Regem hunc donum Numinis esse sciant.  
Floreat ut decus hoc, sincerrima Regna precantur,  
Tutorique suo sacula fausta vovent.  
Nestoreis Annis Ecclesia tota Columnam  
Hanc sibi servari corde animoque petit.



XVIII.2.4107

<http://rcin.org.pl>

1888



8

XVII-2.1107